nos reputavimus eum quasi leprosum: et percussum a deo et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre super eum: et livore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oves erravimus: unusquisque in viam suam declinavit. et dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est quia ipse voluit: et non aperuit os suum. Sicut ovis ad occisionem ducetur: et quasi agnus coram tondente se obmutescet. et non aperiet os suum. De angustia et de iudicio sublatus est: generationem eius quis enarrabit. Quia abscisus est de terra viventium. propter scelus populi mei percussi eum: et dabit impios pro sepultura. et divitem pro morte sua. eo quod iniquitatem non fecerit. nec dolus fuerit in ore eius. et dominus voluit conterere eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam. videbit semen longevum: et voluntas domini in manu eius dirigetur. pro eo quod tradidit in mortem animam suam. et cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multorum tulit et pro transgressoribus rogavit. ut non perirent. Dicit dominus omnipotens. TR. Domine exaudi. Passio domini nostri ihesu christi. Secundum lucam. In illo tempore: A...

.cclxiiij.

Fragm. lat. 380
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK LEIPZIG

Fragmentarium
License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 380, 1v – Missale
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-wx5a/299/3361)